

Discolor vnde auri per ramos aura refulsit.

Et addit,

— *Primo auulſu non deficit alter*

Aureus, & simili frondescit virga metallo.

Qua quidem re ostendit, feracem
fuisse terram illius metalli. Creuisse id
aurum in arbore, poëticum est: per
quam arborem copia significatur. Sa-
crum fuisse Proserpinæ, mythologi-
cum est: quia sub terris, aut certè (vt
Plinius ait) in summo cespite, metal-
la inueniuntur. Aries auratus Aeætæ
regis Colchorum poëtis notus est:
item aries Pelopidarum, de quo Tra-
gicus,

— *nobile in stabulis pecus*

Arcanus aries, ductor opulentis gregis

Huius per omne corpus effuso coma

Dependet auro, cuius è tergo noui

Aurata reges sceptra Tantalici gerunt.

Aurum Tolofanum, quod in eius
vrbis incendio confluxit, locum pro-
verbio reliquit in eos, quibus infeli-
citer sua rapina cedit. Aurum nunc